FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Gotthelf August Laurentius.

Laurentius, Gotthelf August

Halle (Saale), 26.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210658

Visual Library

ad mensam, quam vocant ordina„
riam d. 27. Jan. 1711. receptus"
Faxit DEUS ut injuncto muneri
oi industria satisfaciam!

Dabam
d. 25. Jan. 1712.

Gotthelf Augustus Laurentii, natus
Hohensteinii, quod oppidum in Misnia est, aõ
1690, patre Augusto Laurentii, praefecturam di=
cti oppidi administrante. Fidei studiosorum
quorundam privata in pueritia committeba=
tur; aõ 1702 vero curae Rectoris Scholae Dres=
densis ad D. Annam traditus fuit, cujusque in=
stitutione ad annum 1705 fruitus est.
Cum ex eo tempore in Gymnasio Reforma=
to Berolinensi per 4. annos degisset,
aõ 1709 mense octobr. ad Academiam hanc
(: quod maximum agnoscit beneficium :) ac=
cessit, ubi quam praeter alia beneficia, quibus
fuit mactatus, mense Nov. anni praeterlapsi
ex nutu Dei ad Seminarium selectum
simulque ad mensam ordinariam
tanquam membrum est admissus. Ad
periodos, quas anima ejus est experta, quod
attinet, en illas! Ad annum 16. vires in

5. Baptiſmate collatas, quod quidem in pau=
cis fieri ſolet, ex divina gratia retinuit, et inprimis Dresdæ
dulciſsimis primogeniturae Spir: quoisque eſt præ=
rogativis. Poſt, eheu! triſtem recidivam paſ=
ſus, per 5. annos, ſpeciem quidem pietatis
omni vero δυνάμει deſtitutæ præ ſe tulit,
re ipſa autem deperditæ inſtar ovis, aber=
ravit, animum contra pulſus gratiae toties revocatrices
iteratos obfirmavit, indurationis peri=
culo admodum propinquus: donec eum,
qui primum omnium peccatorum ex circumſtan=
tiis, quibus recenſendis ſuperſedet, jure me=
ritoque ſe profitetur, Deus in hac Academia
per fideliſsimos ſervos, quibus hoc benefi=
cium in æternitate acceptum referet, ad
veram pœnitentiam reduxit. Ineffabilem
hanc divinam benignitatem etiam hac occaſione
depraedicare non dubitat, et acceſsum uberi=
orem virium creſcendi ac perſeverandi a
divino Numine ardenter expetit. Deo,
æterno illi Regi, incorruptibili, inviſibi=
li, Soli ſapienti ſit laus, honor & gloria
in ſecula ſeculorum. Amen! 1. Tim: 1. 17.

Halæ d. 26. Jan:
1712.

anno 1713 Menſ. decembr. convictoribus
valedixit et in Pædagog. receptus e.